

## De figuris

**A**lterius iuxta formas aliquid reperitur.  
**D**escriptum quotiens catatyposis vocitatur.  
**O**mnia mercurio similis vocemq; coloremq;  
**E**t crines flauos, et membra decoza iuente.

**C**atatyposis dici potest secundum: vel iuxta figuram Cata enim secundum, et typos figura dicitur. Typosis formatio ipsa dicitur aut tropus quum aliquid iuxta alterius formam describitur. ut Verg. iij. Dia mercurio similis etc.

### XCIX

**S**i qua per excellens posuere catexochae habetur.

**C**atexochae dici potest per excellentiam. ut Verg. in georg. boues per excellentiam nominauit. quum dixit que cura bouum quis cultus habendo si pecora. ibidem et vitium dodona negaret. Cata hic per significat. exochae eminentia vel excellentia dicitur. exochos egregius excellens.

### C

**P**ro astuto sapiens fit paradiastole dicitur.

**P**aradiastole fit teste Isidoro li. ix. quum te pro astuto sapientem appellas. pro confidente forte componitur aut ex para. i. iuxta. et diastole dilatatio. nam tunc quod fieri dicimus quum rem nostram interpretatione dilatamus: fit prodigium dicimus liberalem: temerarium fortem et similia.

### CI

**D**ic ergo paulus amo euocatio dicitur esse et Tu Cicero curris.

**E**uocatio est immediata reductio tertie persone ad primam vel secundam personam: ut ego Antonius scribo. tu Socrates curris.

### CII

**E**st appositio coniunctio quippe duorum.

**S**ubstantiuorum declarant se que vicissim.

**M**iratur molem enee magalia quondam.

**A**ppositio est continua coniunctio duorum substantiuorum quorum alter declarat alter: ut primus ille procas troiane gloria gentis. Requiritur autem in appositione duo substantia in eodem casu.

### CIII

**S**yllepsis siue et conceptio tripliciter fit.

**E**t genere et numero et persona indignus autem.

**H**ic deducendum est ad dignius optime lector.

**C**onceptio seu syllepsis est adductio indignioris ad dignius. fit autem tribus modis. genere numero et persona: genere ut masculinum concipiat femininum et neutrum. femininum vero concipiat neutrum ut Qui tus et Adartha sunt mei. Pyrrhus et hoc animal sunt tui. martha et hoc animal sunt nostre Tu canus. s. His erat hinc leges et plebiscita coacte. Ad masculinum genus dignius est femininum et neutrum et femininum neutrum. Numero: ut pluralis numerus concipiat singulare vel singularis dicitio plurali verba reddat. hoc enim schema late patet ut Donatus ait. ut discipuli et preceptor legunt. vel discipuli cum preceptore legunt: iste et ille gaudet. Persona ut prima concipiat secundam et tertiam. secunda concipiat tertiam. Prisciano auctore libro. xij. et xvij. prima enim dignior est secunda et tertia: secunda vero dignior est tertia. dic ergo ego et tu legimus: ego et ille scribimus: ego et vos et illi fecimus. tu et ille scribitis

**I**dem Mancinellus ad lectorem.

**A**ppollodorus ut tradit Celsus auctore Isidoro incomprehensibilia partis huius precepta existimauit. Itaque si omnia minime prosecutus fuerim quid mirum: cum res sit quodammodo infinita. Illud tamen pretereat neminem de figuris extare nullum opusculum: quod quidem ita plene dilucideque precipiat uti hoc nostrum conferentibus res ipsa ostendet.

**T**ractatus de orthographia.



**O** orthographia qui latine interpretatur recte scribendi scientiam appellant. Ea ut auctor est Quintilianus consuetudini seruit. atque idcirco sepe mutata est. consuetudo autem illa demum est intelligenda que doctissimorum virorum usu comprobatur. igitur de recta scribendi ratione tractare volentes a dif

Enoratio: